

137. 2

Horatii opera.

Praecedunt duo folia, quae tabulam in odas Horatii continent. Deinde sequuntur ipsa opera hoc ordine, ut odarum et epodon libros ars poetica, hanc epistolae et satirae excipiant. Qui fol. 82' desiderantur versus 46—71 sat. VII libri II, fol. 84' in fine adjecti leguntur.

Cod. membr. II et 84 foliorum in 4. oblongo saec. 12. in Italia exaratus. Folia tamen 41—60 et 79—82 a librario 14. [vel 15? cf. Kirchner p. 17] saeculi sunt suppleta. Emtus est a. 1755 e bibl. Amedei, canon. Bonon., opera Brunellii.

Elect. 529^b. Regia D 147. Falkenstein p. 256. C. Kirchneri novae quaestiones Horatianae. Numburgi, 1847. 4. p. 16 seq.

138.

Horatii opera.

Cod. membr. 124 foliorum in 4. min. saec. 15. in Italia exaratus, litteris initialibus pictis et auratis. Folium in limine praefixum indicat Polycarpum Bauerum sibi comparasse d. 10. Jul. 1681.

Bruehl nr. 236. Regia D 177. Falkenstein p. 256. C. Kirchner eod. l. p. 18 seq.

139.

Horatii opera.

Cod. chart. 142 foliorum in fol. saec. 15. exaratus. Goetze recte conjecit eum quondam G. Fabricii fuisse (cf. Fabricii Saxonia illustrata. Lips. 1606. fol. p. 885), in eo tamen falsus, quod lectiones discrepantes per totum librum rubro colore ad marginem notatas [cf. Kirchner eod. l. p. 20] a manu Fabricii profectas putat. Sunt eae quidem saec. 16. exaratae, sed a Fabriciano scribendi genere prorsus discrepant. Cum vero Fabricium in edit. sua a. 1571 usum esse constet tribus codicibus: Anhaltino, Thuringico, Saxonico (v. ejus argumenta et castigatt. p. 22), Saxonicum illum, quem a Laur. Scradaeo secum communicatum scribit eod. l. p. 2, Ebertus non putat esse Dresensem aliquem, cum illorum trium codicum, de quibus exposuimus, duo post mortem Fabricii Dresdam sint perlati, unus Fabricii ipsius fuerit.

Folio eo, quod praecedit, continetur programma, quo Jo. Sturm invitatur ad audiendas Jo. Sapidi scholas Horatianas, descriptum manu G. Fabricii.

Elect. 51. Regia D 72. Goetze I p. 515. Falkenstein p. 256. C. Kirchner eod. l. p. 19 seq.

140.

- a) Oratiuncula anonymi, qua demonstratur cunctis rebus literarum studium esse praeponendum (praemissa studiis Horatianis tractandis). fol. 1.
- b) Horatii ars poetica (fol. 2), sermones (fol. 11), epistolae (fol. 50).
- c) Vergerii, Pt. P., ad Ubertinum Carariensem liber de ingenuis moribus. fol. 79.